

mo vit *HELMONT.* in tr. *Jus duumviratus* §. 55.
 56. est incongruum remedium opiu ex eo, quod vis
 opii narcotica & stupefactiva inferat somnia trucu-
 lenta & turbulēta, & hoc verū est non tantū de opio,
 sed de omnibus simplicib⁹ narcoticis, *Hyoscyamo*,
Solano, *papavere*, & similibus. De omnibus hīc ve-
 rum est, quod inducāt somnia turbulentā, &
 phantasmata varia objiciant: Unde metuendum
 est, ne phantasmata etiam opij usū excitemus, & in-
 ducamus. Ut taceam *Melancholicos* & *Maniacos*,
 utut multū temporis ducant in somno, ne qui-
 dem tripla dosi opii, posse ad somnum permoveri.
BRENDELIVS supra citato consilio 104. refert, se
 vidisse per opium *restitutum furiosum*, quem dicit
 compedibus vinclum, præmissis paucis præmitten-
 dis: nihilominus rationes *HELMONTII* sunt
 satis prægnantes & persuasivæ: utut non totum eo-
 rum usum velim neglectum, modo recte & legitime
 sint præparata, & debitè cum aliis promista. Dixi,
 quod opium conveniat in *Dysenteria interna*: id
 quod negat *HOFFMANNVS* str. de *Med. Chimi-
 cis* p. 30. & etiam quasdam observationes habet
THONERVS in Obs. quod opiate in *Dysenteria*
 fuerint lethalia: Nihilominus totus cardo opiatō-
 rum versatur, & vertitur in eo, ut legitimo modo u-
 surpetur, quæ consistit in hoc, ut justo tempore cum
 aliis promistum propinetur, ut postmodum dicam. Dum
 motum spirituum fistit Opium, eo ipso, quæ
 unque fibras & partes compedibus stringit, quo
 minus sentiantur, sive eo ipso partium & fibrarum
 quascunque contracturas impedit, & fistit, simulque
 irritationes partium, quo minus sentiantur, inhi-
 bet: Ita in vomitu, singultu, & similibus ab irri-
 tatione oriundis affectibus valdoperè convenit o-
 piū: Deniq; in *Thussi* & *Lympha acris* & acidā, quæ
 imprimis nocturno tempore solet affligere: in tali
 casu opiate sunt egregia: Propterea à veteribus
 valde sunt commendatae *PILULÆ DE CYNO-
 GLOSSA*, quorum ingrediens primarium est o-
 piū & semen hyoscyami: Unde loco eorum, in
 modernorum praxi, opium, ejusque laudanum op-
 timè correctum potest substitui. Dixi, quod opium
 fistat quoscunq; motus humorum, & fistat fluxum
 etiam purgantium. Hinc quæritur annon perni-
 sceri vel præmitti possit opium purgantibus: Eo ip-
 so quidem, quod impedit purgationem, videtur
 quidem inconveniens: Nihilominus à modernis
 practicis, eleganti methodo, semper cum purgantib⁹,
 in *Melancholicis* & *Hypochondriacis* promi-
 scetur opiate. Nam propter aciditatem humo-
 rum, in his gravia symptomata subsequuntur pur-
 gantia, tormina, tremor, palpitationes cordis, verti-
 gines, lipothymia, erosiones intestinorum &c. Hæc
 symptomata ut præcaveantur, optimum est opium,
 sive præmittatur cum digestivo, sive ipsi purganti
 permisceatur, habita doseos ratione, quæ debet es-
 se auctior cum opio, quam alias. In talibus subje-
 ctis Melancholicis, & hypochondriacis, Opium est
 optimum cum purgante mistum: Et hoc convenit
 in tali casu, quando adeat effervescentia humorum
 excrementiorum: Dum enim his datur opium
 purgantibus permistum, opium fistit effervescentiam,
 & purgans simul humores refrænatos eva-
 cuat, sicque scopis duobus uno medicamento pos-
 sumus satisfacere. De mistura opii cum purgan-
 tibus vid. *HÖFER*: in *Hercule Medic.* pag. 777.
 qui multis facit mentionem promissionis opii.
 cum purgantibus, ut ut alias non vulgaris sit u-

sus. De Opio adhuc est quæstio, AN RECTE
 POSSIT PROPINARI INFANTIBUS? Et
 quidem, cum in *PANAROLLI* Obs. legatur,
 quod papaveris semen, infanti in pulte propina-
 tum, sit nocivum, multè magis id videtur obser-
 vandum in opio, quoniam est stupefactivum, &
 quasi papaver concentratum. Nihilominus sunt
 modernorum quamplurimi, qui opium legitimè
 præparatum, seu *Laudanum* opiatum propinan-
 tant infantibus ad quartam partem gr. j. cum aliis appro-
 priatis remediis. Cum ergo adeò egregium sit o-
 piū in usum medico, non mirum est, si communiter
 aliis medicamentis compositis permisceatur. Sic
D. MICH. habuit Ess. *THERIA CALEM ANO-
 DYNAM*, *COMPOSITAM CUM OPIO*,
 habuit ESS. *URINARIAM ANODYNAM*
COMPOSITAM CUM OPIO; habuit ESS.
*UTERINAM ANODYNAM COMPOSI-
 TAM CUM OPIO*; Quæ Ess. compositæ quam-
 plurimæ possunt præparari ab eo, qui novit facul-
 tates simplicium, permiscendo specifica cum opio.
 Inter veteres fuit lis, AN SIT FRIGIDUM
OPIUM, AN CALIDUM? Et quidem veter-
 es, insistentes suis hypothēsis, quod vis narco-
 tica & soporifera consistat in frigiditate, dixerunt,
 quod sit frigidum in quarto gradu: Moderni, qui
 objiciunt amaritatem, inflammabilitatem, & odo-
 rem Sulphureum; & qui invenerunt, quod in opio
 sit cop. Θ. vol. acre *Oleolum*, statuunt, quod sit
 valde calidum, Quælis non est magni ponderis,
 neque in Theorica, neque in praxi. Cæterum, ut
 sit adeò proficuum opium, observandæ tamen
 sunt quædam cautelæ in praxi. (1.) Quod sit in-
 festum utero, & quod non conveniat mulieribus
 semper & ubique, præcipue noxiū est prægnantib⁹.
 Observatum namque est, quod procureret
 raro abortum, etiam in fanis, & in ultimis gestatio-
 nis mensibus, ubi ratius, difficulter, & sæpe infeli-
 citer solet fieri abortus, (2.) Quod opium solum
 propinatum, impedit effervescētiā, & motum,
 fluxumque humorum & fermentationem, sicque
 gravia causetur symptomata: propterea observe-
 tur, ut admisceatur semper specificis morbo appro-
 priatis: Ut v.gr. in *febribus intermittentibus*, ante
 paroxysmum, semper admiscendum est *Laudanum*
 opiatum Essentiis vel spiritibus specificis, cum
Diaphoretico, arcano duplicato *Mysichti*, sp. Θ.
armoniaci & sic porro: In *febribus malignis*, temper
 permiscetur cum medicamentis *Bezoardicis* &
alexipharmacis: cum *Bezoardico minerali*, cum *Be-
 zoardico* *Yiali*, item cum salibus volatilebus, vel vi-
 perarum, vel C. C. In *affectibus capitis*, vigilii
nimiis, & hinc *ortis deliriis*, permiscendum opium
 cum *cephalico specifico* & similibus: Item in reli-
 quis affectibus, opium permiscetur cum præcipi-
 tantibus & *Diaphoreticis*. In *Dysenteria*, cum
 præcipitantibus fixis *Diaphoreticis*: In quâ conve-
 nit *Diascordium FRACASTORII*, quod præcipi-
 tat, fistit fluxum & vim obtinet egreg. *anodynā*.
 (3.) Opium, dum fistit spirituum motum, solet quasi
 debilitare corpus, & dum impedit fermentationem
Massæ sanguineæ, solet simul impedire co-
 citionem in morbis acutis. Ut hoc præca-
 veatur, observetur tempus propinandi opium,
 quod consistit in eo, ut propinetur in principio & incremento morbi, nullo ve-
 ro modo in statu, aut circa statum, nam
 in hoc videbitis erratum practicorum ingens,
 quod